4087

HR

4087.


Ericus Olaus Folderus,

Εξηγησις

Virtutum et Rerum Gestarum

Dn: Nicolai Caasii.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

L. N. 609

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

4087

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

VIRTVTVM ET

RERVM GESTARVM, NOBILISI-
MI ET AMPLISSIMI HEROIS, AN-
tiquo generis ſplendore, ſingulari authoritate, inſigni
ſcientia & omni virtutis genere præſtantiſſimi DN:
NICOLAI CAASII, Domini de Torup, Sere-
niſſimi Danorum & Noruagianorum Regis
FRIDERICI II. Cancellarij &
Conſiliarij prudentiſſimi, Domini
ſui reuerendiſſimi:

Scripta
AB
ERICO OLAO FOLDERO
NORVAG:

HAFNIAE
Typis Andreæ Gutterwitzij.
1580.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

INSIGNIA NOBILISSIMI HEROIS

D: NICOLAI COSII

D: DE TORVP



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

4087

FElix eſt Regnum, quod, cui ſapientia
cordi eſt,
Iure magiſtratus conſtanteq́ lege gubernat.
Cuncta inter populos æqua tum lance
feruntur,
Non neglecta iacet pietas, nec turba ſororum:
Ornantur donis, qui Chriſti dogmata ſpargunt,
Gens profitens Chriſti nomen defenditur, atq;
Fictitia in populos lites non arte ſeruntur,
Fœda nec in vulgo quicquam confuſio turbat.
Nec ſtudet infirmum quiſquam detrudere ad ima.
Quippe magiſtratus pius omnia crimina pellit.
Jnterea punit quoq; pro ratione rebelles
Omnes, qui turbam Chriſti turbare laborant.
Publica diſsidijs ne res laceretur iniquis,
Tunc regnum ſeruat rex ſummus ab artibus hoſtis.
Auxilioq́ fouet populum Deus haud remorante,
Omnia vt exemplis teſtantur plena benignis.
Tunc pulchrè rident in regno cuncta beato,
Dania tu felix, & tu Reſpublica felix,
Jmperio tanto regis ſubiecta potentis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Ad votum cuius rex ſummus ſydera voluit,
Multos prudentes quod habes doctosq́ue ſolones,
Aula quibus regis FRIDERICI magna ſecundi
Ipſa refulget, amans rex eſt, proceresq́ue Mineruæ.
Græcia clara fuit quondam coluitq́ue ſorores,
Poſt ipſæ Romam ſunt protinus inde profectæ,
Quo ſtudioſa cohors confluxit, moxque per æquor
Vndiuagum Danos Roma petiere relicta,
Hic ſua caſtra locant: Proceres hæc ſponte ſequuntur
DANIACI regni, non fracti nempe labore.
Quorum ſplendidior fit virtus nobilitaſque,
Nobilitas ſtudio charitum eſt ornatior, atque
Dotibus aucta magis, quarum ſit fama perennis,
Et maneat nomen, melius quid Palladis arte?
Nam ceu gemma nitet fuluum quæ diuidit aurum,
Vel maris vt rapidi caua concha monilia colli
Aurea condecorat ſemper, precioſaq́ue reddit
Omnia præfulgens fuluo carbunculus auro:
Condecorant ſemper ſic ingenuæ genus artes,
DANIACI proceres inſtructi queîs modo regni
Dum venti & noctes dum terra poluſq́ue ſuperſunt,
Heroes tales arctoæ lumina terræ,

Sæpe

Sæpè decet Muſas lætis celebrare Camænis.
Ne pia poſteritas horum ſit neſcia prorſus.
Nam licet occaſus præſtantes norit, & ortus,
Quantum conſilio valeant, & legis amantes
Quam ſint, Pegaſeis nunc numinibuſq́ fauentes:
Non ſpernenda tamen ſunt mollia carmina muſæ.
Namq́ ſonare ſolent virtutes principis ipſæ,
Magnas heroum præſtantum & res bene geſtas.
Occurris primus, prima es quoq; gloria regni,
NICOLEOS, ſplendor patriæ, decus, atq; columna,
COSI Coſsiacæ gentis, quoq́ candida fama.
Cur te non celebrem, tantis virtutibus auctum?
Curq; tuæ laudis non tollam carmine palmam?
Vt mea Muſa tui ſit nuncius aptus honoris.
Sed quia quod charitum, nihil eſt, ſine numine tentem,
Theſpiadum dextro precor omine turba faueto,
Heroi vt tanto liceat mihi fundere grata.
COSIADVM antiquo celebris qui ſtemmate natus,
Cui præclara dedit fauſtum victoria nomen.
Victor es excellens, vincis virtutibus omnes,
Te quibus ornauit celſi rex ſummus olympi,
Atq; recens nato Charites ſua dona ferebant,

 Non

4087

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Non ſecus ac magnis feſtis ſolet eſſe piorum,
Munera perlongo dum portant ordine ad aras.
Jnfantem rapuit Muſarum turba fouendum
Protinus, & Pallas diuina exercuit arte.
Jngenio claro Tritonidos arua ſequutus,
Palladiæ turbæ ſtuduit dum ſemper adeſſe,
Quam modò Muſarum celebris, colit Hafnia, ſedes.
Jnterea placuit peregrinos viſere mores,
Et loca iam patriæ peragrauit diſsita terræ:
Hic artes claras docuit te dædala nutrix,
Et quibus illa coli cupiat nunc tempus in omne.
Regis in arce redux FRIDDRICI nempe Secundi,
Dum rem conſilio prudenti ponderat omnem:
Dumq; æquat famam celebrem virtute perenni:
Priuatimq; operam patriæ dans publicituſq;:
Dotibus & vincit cunctos dum conſilijſq;:
NICOLEOS cunctis placuit COVS inclytus Heros,
Cuncta hinc præcipuum ſuffragia regis in aula
Declarant, ſummo quoq; numine ſic ſtatuente,
Hoc certè officio non eſt, en, maius in aula.
Hoc probat officij decus & pius ordo laborum
Gratia ſit ſuperis, qui dant ſua lumina regnis.

Ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Ad munus tantum,nam non eſt quilibet aptus,
Heroa eximium tam magna negotia poſcunt:
Omnibus hoc verò magnum quæ munus adoptat,
Tu ſat es inſtructus: quanta cum laude miniſtras
Officium acceptum, quanta quoq; cum pietate,
Publica facta probant,& conteſtantur in oris
Noruagicis populi, te igitur reuerenter honorant.
Non etenim ſolùm quos diues Dania nutrit,
Legibus & populos regit omnes conſilijſq́;,
Quos ſed habet ſpacio Noruagia fertilis amplo,
Abs te quippe ſalus populi dependet amanda.
Es ardor procerum totus, regniq́; voluntas.
Ardua quæ fuerint,cui rex pius omnia linquit
Quiq́; preces populi ſurda non accipit aure.
Dicta refers gentis, ſupplex capis atq́; benignum
Reſponſum, celeri dederit quod rex tibi clemens
Perficis vſq́; manu, verè es prudentia rerum.
Es ſolus, rerum moles quem tanta fatigat.
Cum grauat hæc humeros, grauat acris ſarcina, moles.
Ardua tu regni quoq́; magna negotia tractas.
Ardua magnifici curaſq; negotia regis.
Preſtat opus regno felix ſine fine futurum,

Per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Perficit ad nutum, ſtudium, quoq́; munia regis,
Atq; preces populi prona capit aure moleſti.
Ergo res magnas agere es tu COSSIE *natus.*
Eſſe neget bona quis? Quis & hæc non ardua dicat?
Succeſſus tamen hic (ſuperis laus maxima) lætos
Conſequitur, mentis miranda dexteritate.
Juſtitia, ingenium, pietas, clementia, candor,
Subtile eloquium fandi, bonitas, generoſa animi vis,
Pectore in exiguo virtutes hæ tamen inſunt.
Nam quando populo vel pax manet aurea noſtro,
Vel bellona furens martis fera prælia miſcet:
Mitis vbiq́; tuum pietas clementiaq́; illud
Pectus amanda regit, cunctis affabilis extans.
Semper plena gerens optandæ pectora pacis.
Nam liquidus tanquam ſcaturit fons flumine puro,
Atq; idem gelidos emittit poſtea riuos:
Virtutum pietas ſic ſemper ſemina fouit
Alto in corde tuo, noſtra es ſpes, præſidiumq́;,
Non es Theromadas, contemtor crudus in actis,
Nec trux progenies Pelopis neſcia recti,
Conſilijs polles ſeruator ſtrenuus æqui,
Quo ſolo exiſtunt in regnis fœdera pacis:

Pax

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Pax erit in populo quoties eſt omnibus æqua
Juſticia: Hæc virtus regnis fert commoda multa.
Conciliat ſocios ſocijs, hæc vrbibus vrbes,
Aſſolet eſſe ferè ſocijs clementia murus.
Eloquij flumen, qui fandi quoslibet arte
Vincit, cum placide monſtrat vim rit minervæ,
Nobilitate nouem magno ſtudioq́ ſororum.
Lycurgum, clarum numen, penetrale ſuperbum
Qui coluit ſuperas, etiam mortalia quæq́
Quis non miratur? Tacito non murmure dicit?
Sanguine mortali cæleſtia corpora naſci
Credere quis poſſet? ne expertus credere mandet.
Scilicet id conſtet, vel iniquo iudice, verum eſt
Quicquid adhuc cecinit facili mea muſa Camæna.
Præſtans rex Macedum ſemper terit aſsidueq́
Meonij graue vatis opus dum bella gerebat,
COSIE nobilium decus es, qui non ſecus vſque
Sollicitus regi monſtras dum maxime cauſas,
Ut decet Heroem placidum clarumq́ piumq́:
Muſæum tamen haud vnquam contemnitur vllum,
Addictus ſtudijs libros voluis, ſapientum

 Scrip-

4087
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Scripta legisqꝫ frequens, gaudet mens inde referta
Doctrinis varijs, etſi orte potentibus heros.
Et virtute potens tuus erga Palladis extat
Seruos quantus amor, permultis nunc bene conſtat.
Quos nunc indoctum contemnit & hoc rude vulgus.
Turba licet populo hæc non ingenioſa videtur.
Te nil commoueant vanæ ludibria gentis.
Nam multis vſu prodeſt tuus vndiqꝫ candor,
Subſidio, vt Chriſti fragrantia dogmata diſcant,
Atqꝫ bonas artes quas excoluiſſe iuuabit.
Felix illa dies quæ illuxit ſydera cœli,
Qua vidit vultum felix tua mater amicum.
Namqꝫ DEO ſummo es charus, regiqꝫ potenti.
DANIA te laudat nomen NORVEGIA laudat,
Quippe tuum, famamqꝫ tuam poſt fata ſonabit.
Siqꝫ Thalia tuis poſſet mea promere carmen
Laudibus atqꝫ dignum, te inter vaga collocet aſtra.
Fundimus ergo preces pro te, pia vota ferentes,
Te DEVS omnipotens ſeruet proceres reliquoſqꝫ,
Huius habent regni qui curam pro grege CHRISTI,
Te rex incolumen, proceres, populi quoqꝫ poſcunt,

Te

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

4087

Te celebrant merito diſcentes atq; docentes,
Maxima dum radios è cœlo ſydera mittunt.
O vtinam ſuperes Cumeæ tempora vatis,
Viue valeq; diu per Methuſelamia ſecla.

FINIS.

HAFNIAE
EX TYPOGRAPHICO ANDREÆ
GVTTERVVITZII,
ANNO M. D. LXXX.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)

4087

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4087 4° LN (609)